

Una nova species nonnullae varietates et additamenta  
ad cognitionem

### DIATOMACEARUM BALATONICARUM

lectae descriptaeque

— iconibus photographiis additis in tabula una —

ab auctore: **Oswaldo Gallik,**

Tihanyiensi.

Tab. XIX.

Icon 3. et 4. tabulae nostrae. *Pinnularia molaris* Grun. var. *producta* n. v. — A typo differt apicibus leniter productis et striis vittatis. Longitudo 43, latitudo 7  $\mu$ . Striae circa 24 in 10  $\mu$ . — Inventa est in limo Balatonis prope Balatonfüred. Ie. 3—670, Ie. 4—1160 auctio.

Apud typum auctores neque delineant, neque mentionem faciunt, de illo cum marginibus parallele corrente, tenero et vittaeformi sulco, qui in icone nostra videri potest. Suleus hic non est verus sulcus, quia non interrumpit strias, sed per partes illarum profundius declinatorum efficitur, itaque sic formatur, sicut vallis undarum.

Ie. 10 et 11. *Pinnularia Filarszkyi* n. sp. — Valvis anguste-lanceolatis, nodulo centrali subquadrato magno, nodulis terminalibus rotundis magnis, Raphe, subsigmoidalis fortis, zona hyalina (area) longitudinalis lanceolata, apices versus indistincta, in medio stauroneiforme dilatata. Striis subarcuatis in medio radiantibus, apices versus convergentibus 22 in 10  $\mu$ , sulcis vittaeformibus cum margine subparallele currentibus. Long. 43, lat. 10  $\mu$ . Habitat in limo Balatonis prope Keszthely. Ie. 11. 600, ic. 10—1160 auct.

Quoad sulcum vide anteriorem.

Ie. 5—6. *Navicula platystoma* (E.) Grun. var. *Pantocseki* n. v. — A typo differt minore et relative latiore valva et angustiore area centrali, striis 16—17 in 10  $\mu$ . Long. 31—37  $\mu$ , lat. 14—16  $\mu$ . 670 auct.

A typo separare debuimus varietatem hanc, propter relationem mensurarum eius. Si illam speciem, quam Grunow in opere suo Arktische Diatomeen, sub nomine Stauroneis (*Navicula*) *platystoma* Ehr. descripsit, sicut typicam tenuis, tunc ad relationem longitudinis et latitudinis 3.2 invenimus, sed apud varietatem supra nominatam eadem ratio 2.2 est.

Pantocsek in opere suo Balaton etc. pag. 62. hanc variationem sub nomine *Navicula lepo-*

stigma (E.) Cleve descripsit, sed inepte, nam haec, descriptionibus illis, quas Pantocsek profert, nempe Cleve's in Synopside et Ehrenbergi in Microgeologie, aequiparari non potest. In icone 6. bene videri potest nodulus centralis, cuius hic forma oblongo-elliptica est, alterarum tamen formarum hic nodulus sive inconspicuus est, sive totus deficit. Variationem hanc inveni in Balatonfüred, in Keszthely, in Fonyód in aestuario fluminis Zala.

Ie n. 7 et 8 demonstrant unam intermediam formam inter Grunowis *Navicula platystoma* et variationem nunc descriptam. Longitudo eius 55  $\mu$ . latitudo 19  $\mu$ . Ie. 7—860, ic. 8—1250 auct. Haec circa ter, (2·9) tam longa quam lata est. Habitat in parvo arundineto prope Keszthely apud Fenékpuszta sito.

Ie. 12. *Diploneis oculata* Breb. — 1160 auct. Vide V. Heurck Syn. pag. 92. Atl. Pl. 9. fig. 10. — Long. 19. lat. 6  $\mu$ . — Striae 23 in 10  $\mu$ . Keszthely ad ripas Balatonis et ibidem in Plankton, Balatonfüred in limo.

Ie. 13 et 14. *Diploneis oculata* var. *linearis* n. v. — A typo differt valvis et sulcis linearibus, long. 22, lat. 5  $\mu$ , striae 24 in 10  $\mu$ . Ie. 13—670, ic. 14—1160 auct. — Occurrit in societate primae speciei.

V. Heurck indicat 17 strias in 10  $\mu$  in suo Synopside et etiam in anno 1899 edito „Traité des Diatomées” sed in delineatis figuris in Atl. eiusdem auctoris plusquam 20 inveniuntur. Cleve (Syn.) indicat 23 strias. Pantocsek hanc formam sub nomine *Navicula oblongella* var. *directa* descripsit. Pant Bal. p. 51. t. IV. fig. 102.

Ie. 9. *Anomeoneis sculpta* Ehr. Forma angusta. Long. 115  $\mu$ , lat. 25  $\mu$ , striae 15—16 in 10  $\mu$ . Balatonfüred 670 auct.

Ie. 17. *Anomeoneis polygramma* Ehr. Long. 95  $\mu$ , lat. 26  $\mu$ , striae 16 in 10  $\mu$ . 420 auct. — Keszthely, Balatonfüred in limo, Kisbalaton (Pantocsek Bal. p. 58. t. 5. fig. 122.



Ic. 1. *Pinnularia Brebissonii* var. *notata* Herib. et Perag. (Herib. D. Auvergne p. 87 t. IV. fig. 11.) Icon nostra magis aequiparatur figurae W. Sm. Brit D. XIX. tab. 178/β, sed non est tam longa, etiam parum brevior et angustior est nostra figura, quam talis A. Schmidt Atl. t. 44 fig. 19. Long. 50 μ, lat. 10 μ, striae 11 in 10 μ. — 600 auct. Balatonfüred, Keszthely, prope Fonyód in arundineto „Berek” nominato. Mirandum est, quod huius formae neque Pantoesek neque Istvánffy mentionem fecissent.

Ic. 2. talis angusta variatio est *Pinnularia Brebissonii*, quae in medio stat inter *Pinnulariam Brebissonii* et inter *Pinnulariam microstauron*, secundum valde productum apicem valvae propius stat formae, quam invenimus delineatam apud O. Müller Bac. Rieseng. et descriptam sub nomine *Pinnularia microstauron* var. *biundulata* forma angusta, sed nostra forma parum longior, angustior et in medio non tantopere constricta, quam illa. Lon. 58, lat. 10, striae 12 in 10 μ. 600 auct. Balatonfüred.

Ic. 27. Stat in medio inter variationem *Pinnularia viridis* var. *commutata* Grun. et inter speciem *Pinnularia Brebissonii* Kütz. 880 auct. Similis est formae: *Pinnularia Brebissonii* var. *linearis* O. Müller, B. Rieseng. Long. 84 μ, lat. 15 μ, striae 12 in 10 μ.

Ic. 15. *Caloneis alpestris* var. *inflata* Pant. forma *stauroptera* n. f. (Vide etiam Pantoesek Bal. etc. p. 61. t. 16. fig. 336) — A Pantoesek descripta variatione differt striis in medio deficientibus et latum pseudostaurum formantibus. Long. 56 μ, lat. 9 μ, striae 20 in 10 μ. — 535 auct. Habitat cum typo in Balaton et in Héviz.

Pantoesek non facit mentionem de semilunaris formationibus, quae circa nodulum centalem, sicut typum, etiam hanc formam karakterisant.

Ic. 20. *Navicula cuspidata* Kütz. v. *Heribaudi* Perag. (Heribaud, Diat. d'Auvergne p. 108 t. IV. f. 16. — 354 auct. — Long. 150 μ, lat. 39 μ, striae in medio 8, versus fines 14. Balatonfüred.

Pantoesek hanc formam sicut separatam speciem descripsit sub nomine *Navicula Elsae* Thum. Pant. Bal. 64 pag. t. 6. fig. 132. — Ego non invenio sufficientem causam ad mutationem nominis. Concedere quidem debemus magnam divergentiam interesse a normali striatione *Naviculae cuspidatae*, sed adhuc maiorem striationis differentiam invenire possemus apud formam *Naviculae cuspidatae* formae craticularis, quam etiam ipse Pantoesek delineat et quidem cum tali striatione, quae par est striatione variationis *Heribaudi*. Tamen hanc formam Pantoesek non sicut separatam speciem describit, sed tantum ut formam *Naviculae cuspidatae*. Ergo nec *Naviculam cuspidatam* var. *Heribaudi* possumus separatam speciem tenere.

Ic. 21. *Navicula ambigua* Ehr. var. *Heribaudi* n. v. — A *Navicula ambigua* differt striis magis radiantibus, in medio magis distantibus. Long. 64 μ, lat. 16 μ, striae in medio 8, fines versus 15 in 10 μ. — 670 auct. Balatonfüred.

Secundum meam opinionem *Naviculam ambigam* a *Navicula cuspidata* separandam et cum illa parallelam speciem deberemus tractare.

Ic. 26. *Pleurostauron acutum* W. Sm. — 535 auct. Long. 100 μ, lat. 18 μ, striae 14 in 10 μ. — Keszthely, Kisbalaton.

Ic. 26. *Pleurostauron Legumen* Ehr. — 1160 auct. Long. 26 ? lat. 5 μ, striae 28 in 10 μ. Keszthely, Kisbalaton, Héviz.

Ic. 16. *Scoliopleura Peisonis* Grun. 670 auct. Long. 47, lat. 15 μ, striae 14 in 10 μ. Keszthely, Balatonfüred.

Pantoesek *Scoliopleuram* illam quae in Balaton invenitur tamquam separatam speciem describit sub nomine *Scoliopleura balatonis*. Ego *Sc. balatonis* et *Sc. Peisonis* unam eandemque speciem esse teneo.

Ic. 28. *Pinnularia (Navicula) microstauron* Ehr. — 670 auct. Kisbalaton. In hac forma satis valida et radialiter collocatae costae *Pinnulariam (Naviculam) divergentem* formam minorem A. S. (Vide Atl. t. 44 fig. 14) videntur demonstrare, sed non habet illos tumidos in margine pseudostauri collocatos nodulos, quos O. Müller ad *Navic. divergentem* caracteristicos dicit. (O. Müller B. Rieseng.) Propterea formam hanc Clevem sequens ad *Pinnulariam (Naviculam) microstauron* numero. Long. 54, lat. 14 μ, costae 10 in 10 μ.

Ic. 29. Talem *Pinnulariam (Naviculam) microstauron* demonstrat, cuius margines in medio leniter constrictae sunt et ita secundum O. Müller ad variationem *biundulatam* O. Müller posset numerari, sed quia fines valvae cuneiformae sunt, ideo hanc a variatione *biundulata* separare debemus et sub nomine *forma cuneata* n. f. distinguere. — 880 auct. Keszthely.

Similis huic est ic. 30. — 670 auct. Balatonfüred. Valde reductis costis.

Ic. 31. Pertinet ad antecedentem. In margine tamen pseudostauri quamdam nodositatem habens, similitudinem monstrat *Naviculae divergentis*, 670 auct. Keszthely.

Ic. 32. *Pinnularia (Navicula) microstauron* var. *cuneata* n. v. Apicibus cuneatis, marginibus parallelis. Long. 70, lat. 15 μ, costae 11—12 in 10 μ. — 530 auct. Keszthely.

Ic. 33. *Pinnularia interrupta* v. *bicapitata* forma *ornata* n. f. Habitus eius talis, quam *Naviculae bicapitatae* Lagerstädt (Spitsb. D. p. 23 fig. 5. a qua differt punctis circa nodulum centalem et vicinales partes raphe modo semilunari dispositis. Long. 67, lat. 16 μ, striae 11 in 10 μ. — 670 auct. Kisbalaton.

Ic. 18. *Pleurosigma distortum* W. Sm. var. *Parkeri* Harrison. 880 auct. Long. 90 μ, lat. 14 μ. 26 transversales 28 longitudinales striae in 10 μ. Sparsim ubique in Balaton et eius limosis partibus.

Ic. 19. *Eadem* 1160 auct. lat. 14 μ, long. 84 ? μ, 22 transversales, 26 longitudinales striae in 10 μ. Keszthely.

Ic. 22. *Cymbella tumida* Breb. 880 auct. Long. 52 μ, lat. 17 μ. 9—10 striae in 10 μ. — 22 a. pars-



alterius exemplaris eiusdem speciei monstrans granulum cum sulculo medio (De Toni).

Ic. 23. *Cymbella tumida* var. *borealis* Grun. 880 auct. Long. 86  $\mu$ , lat. 18  $\mu$ , striae 9 in 10  $\mu$ . Balatonfüred in limo.

Ic. 24. *Eadem species* et eadem variatio. Clavculus Nodulum centalem transfodiens clavculus bene visibilis. — Keszthely. 880 auct.

Ic. 34. *Surirella linearis* var. *thuringiaca* Hantsch A. S. Atl. 23 t. 29 fig.; *Surirella Festetichii* Pant. Bal. p. 127. Forma haec Pantocseki non potest separari a *Surirella linaari*.

Ic. 35. *Surirella signata* Pant. Bal. p. 123 t. XI. fig. 285. — 1160 auct. long. 37  $\mu$ , lat. 22  $\mu$ , costae  $5\frac{1}{2}$ , striae 17—18 in 10  $\mu$ . Verosimiliter una variatio est *Surirellae ovalis*.

Ic. 36. *Nitzschia Sigma* var. *rigida* Grun. 1160 auct. Long. 90  $\mu$ , lat. 7  $\mu$ , 10 puncta carinalia et cca 30 striae in 10  $\mu$ . Keszthely ad ripas Balatonis inter *Oscillatorias*.

Ic. 37. *Nitzschia marginulata* var. *subcontracta* forma *minuta* Grun. Arkt. Diat. p. 72. — 670 auct. Long. 50  $\mu$ , lat. 8  $\mu$ , 13 puncta carinalia 26 striae in 10  $\mu$  Balatonfüred.

Ic. 38. *Eadem species*, variatio et forma 1160 auct. — Long. 46  $\mu$ , lat. 7  $\mu$ . 14 puncta carinalia et 28 striae in 10  $\mu$ . Keszthely.

Pantocsek hanc formam sub. nomine *Nitzschia mucronata* tamquam novam speciem descripsit. Sed ego non invenio differentiam inter *N. mar.* var. *subcontr.* formam minutam et inter nostrum exemplar.

